



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Epistola LI. Fidei amico, venerabili Angilberto Primicerio. Humilis Levita  
Albinus salutem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

concedere clementiam deprecans; cuius dilectione tua  
semper impleatur pectus.

Hæ sunt veræ diuitiæ, quæ nunquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur, sed plus abundant, dum cernitur, quod amatur. Inter temporalia, & æterna interest; aliquid plus diligitur, antequam habeatur: viciū scit autem cum aduenerit: Æternum autem ardentius diligitur adeptum, quàm desideratum. Ideo plus amemus æterna, quàm temporalia, vt in æternitate beatè & felicitate viuere mereamur. Valeto in secula.

## EPISTOLA LI.

Fideli amico, & venerabili Angilberto  
Primicerio.

*HVMILIS LEVITA ALBINVS*

*salutem.*

**M**EMOR condictæ inter nos amicitia, has literas tuis dirigere præsumsi, deprecans, vt benignè literarum portitorem literarum suscipere dignemini, peregrinationis illius viis Domnum Pipinum regem aduenire deprecamini. Regum verò merces in miserorum iuuamine, & maximè peregrinorum, sacra sancti Petri principis Apostolorum limina petentium, magna, apud dilectionem constat esse clementiam.

Insuper charissime frater, deuotissimè deflagito, vt dona dulcissima, & mihi multum necessaria, id est Sancto-  
**RELIQUIAS** mihi vel aliquas transmittere curaueris. Hic enim daturus diligit DEVS. Qui te abundare faciat in omni bono, & inter Sanctorum gloriam constituat, quorum mihi reliquias tua benevolentia dirigat. Floreas in virtutum coronis, sapientia decore, & sancta dilectione DEVM, & bona fide ad homines in æternum, EPI

2. Cor. 9.